Fragmentarium

inpositi febris acutas conpescunt LXI DE CAMIPITI: Haec herba camipite id est cucur
bita laris folia ei cum radicis trita ex uino pota ictericos et epaticos et orinarum dificultates
et torcionis uentris et intestinarum tollit trita cum mulsa pota uentrem mouit tunsa
cum radices suas omnia uulnera antiqua et sinuosa magnopore curat et uulnera in mem
bris siue in pedibus LXII DE BRUTAGLON DICIT Brutation id est apium agrestem alii apii
risum dicunt collectiones omnes uel siquis uoluerit sine ferro incidere radices ei tri
tas in corionucis inpone folia ei cum ex sungia trita sine sale uulnera uetera curat
folia ei cum mel modico strumas et parotidas curat Radix ei cum mastigata dentium dolo
res tollit Radix ei tunsa in corionucis sciaticus et astriticus inpone ideo aliquan
ti eam sidere tenuocant ut siccarnem incidat ut ferrum ut fereten LXIII DE ARTIMISA
DICIT: Artimisia id est giber genera sunt tria monoclona tagantes lepto filios mono
clona folia ei trita cum ex sungia pedum dolorem tollit et podagrum ligat trita
ex mulsa pota contra intestinorum turminata tangentes uel quinque digitos quiete trita
cum foliis dato ad uisice dolorem si febricitat ex aqua si non ex uino in oleo cocta
unguento neruorum et coxarum dolorem tollit lepta filius trita cum uino potui da
ta matrices dolorem tollit cocta in aqua cum absentium ad uaporem ei matricis
causa a pastola borantes Intestine pondere tollit in castima facta. LXIIII
DE SATOPICON DICIT Satopicon id est maximum siquis uentrem non poterit
adire testicolum dexterum qui maior est teris cum grana piperis XLVII et mel ciathi IIII
uinum ciathi I similiter potui dato triticollegis ea mense iulio radix ei trita cicatrices
nigras tollit LXV DE ARISTOLOCIA DICIT: Aristolocia id est traga genera sunt
tria haec sunt notu sa longa rotunda radicem ei trita cum mero siquis ueninum
acciperit et contra omnium ueninorum morsus prodest radix ei sica in puluerem
redacta uulnera omnia sinuosa curat infantum pauoris uel egritudinis se
dat Radix ei in carbonib; fumigata ad fistulas radix ei ut eparum iniciato
ad cancromata et polipum in narib; radix ei cum pipero et dracontee semen
ex mel mixto iniciato LXVI DE POLITRICO DICIT Politricum siue adiamton
id est coriandrum agrestem uel capillum uentris folia ei trita cum pip et uino potui dato
collectiones sanat sucum foliorum ei alopicias curat et capillus prouocat inius gal
linorum commixtum uentrem nimium soluteeprouocat DE CONSTANNAGRION
DICIT: Codonagrion id est papauer agrestis generas duo album et nigrum sucum
caulicolorum ei cum foliis suis epiforas oculorum curat semen ei tritum cum aceto emigra
nium curat semen ei tritum cum aqua fronte inlenito catis dolorem tollit. et somnum

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.24, 4v – Medical Recipes; Dynamidia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-g37a/5136/49106)